

**NUOVO ORDINAMENTO DEL SUPREMO TRIBUNALE
DELLA SEGNATURA APPOSTOLICA**

*La Nunziatura Apostolica in Italia, con lettera n. 1521 del 12.VIII.1969,
ha cosi' scritto al Segretario Generale della C.E.I.:*

Com'e' noto all'Eccellenza Vostra Reverendissima, con la Costituzione Apostolica *Regimini Ecclesiae Universae*, al Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica sono state attribuite competenze che una volta erano proprie della Sacra Congregazione dei Sacramenti.

Mi do premura, pertanto, di trasmettere copia del Documento della Sacra Congregazione dei Sacramenti al riguardo (Allegato) e di trascrivere di seguito la Notificazione del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica, pregandola di voler cortesemente provvedere che detti Documenti siano portati a conoscenza degli Eccellentissimi Ordinari di questa Nazione..

"Constitutio Apostolica Regimini Ecclesiae Universae diei 15 augusti 1957 integrum tribuit Supremo Tribunalis Signaturae Apostolicae invigilandi munus in cuncta Tribunalia Ecclesiastica sive diocesana sive interdiocesana seu regionalia aut interregionalia; idque pro munere suo consulendi, ad normam legum rectae administrationi iustitiae..

Idcirco plurima quae ab Officio Vigilantiae olim apud S.C. de disciplina Sacramentorum erecto, exercebantur circa Tribunalia regionalia, matrimonialia, Signaturae Apostolicae competentiam ingrediuntur (Const. cit. n. 105, n. 54).

Inde collatis consiliis cum S.C. de disciplina Sacramentorum, sequentia in notitiam eorum quorum interest expresse deducuntur.

1.- Unum Tribunal Signaturae Apostolicae potest procuratores et advocatos requisitis carentes de quibus in Instructione *Provida Mater* art. 43 par. 2+3, admittere ad munera sua exercenda in Tribunalibus ecclesiasticis, eosque confirmare.

2.- Eidem Signaturae Apostolicae competit:

- a) Tribunalia regionalia vel interregionalia erigere;
- b) facultates largiri vel a normis processualibus derogare quae in citta Instructione continentur;
- c) dubia resolvere circa quaestiones processuales in quibusvis causis forte occurentia;

d) in causis nullitatis matrimonii indulgere ut summarie procedatur extra casus de quibus in can. 1990 C.J.C.; a secunda instantia, gravibus suadentibus motivis, in processu formaliter dispensare; acta sanare nullitate laborantia.

3.4 Idem Supremum Apostolicum Tribunal:

a) cognoscit recursus contra Ordinarios, re adhuc integra, quoties denuntiatam nullitatem matrimonii non detulerint Promotori Justitiae vel istum renuentem accusare non adigerint (art. 37, 38 par. 2, 40 Instr. cit.);

b) videt quaestiones de competentia Judicis in causis matrimonialibus ratione "quasi-domicilii" atque oportunas facultates, quatenus opus, concedit;

c) coniuges ad accusandum matrimonium inhabiles, admittendos sinit ut partes actoris agant, peculiaribus occurrentibus rationibus (cfr. can. 1971; art. 35 par. 1 -2 -3 Instr. *Provida Mater..*

ALLEGATO: SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS- PROT. N. 56/69 - ROMAE, DIE 31 JULII 1969 - EXC. MO DOMINO LEGATO ROMANI PONTIFICIS.

Excellentissime Domine,

Notum est Patres Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, ad animarum saluti pressius fovendum, sedulo optasse ut "Dicasteria, quae Romano Pontifici atque Ecclesiae Pastoribus eximum praebuerunt auxilium, novae ordinationi, necessitatibus temporum, regionum et Rituum magis aptatae, subiciantur, praesertim quod spectat ad eorundem numerum, nomen, competentiam propriamque procedendi rationem, atque inter se laborum coordinationem" (1).

Quod Patrum votum per Apostolicam Constitutionem *Regimini Ecclesiae Universae*, diei 15 Augusti 1937, suum plane effectum sortitum est (2).

Nam Dicasteriorum munus ad maiorem simplicitatem reductum est et competentia quae prius, in eadem re, inter plura Dicasteria, hic atque illic, erat diffusa, unificata est.

Itaque quae, olim, circa invigilandi munus super Tribunalia relate ad matrimoniales causas, huic Congregationi de disciplina Sacramentorum commisa fuerant, in praesentiarum, vi praefatae Apostolicae Constitutionis, Supremo Tribunal Signaturae Apostolicae sunt tributa.

Quo melius autem fidelium bono ac Episcoporum zelo, in re matrimoniali

(1) Decr. *Christus Dominus*, n. 9 (AAS., LVIII, 1966, p. 576).

(2) AAS., 59 (1967), 885 - 928.

administranda ac disciplinanda, rite provideri posset, incolui pro hac Congregatione iure, de quo in can. 249 § 2 et in n. 55 Apost. Const. *Regimini Ecclesiae Universae*, quoad matrimonii disciplinam, opportunum et congruum visum est eidem Congregationi de disciplina Sacramentorum et Supremo Tribunali Apostolicae Signaturae respectivas attributiones, simul et eadem die, diversis tamen litteris, prouti infra recensentur, significare:

I. Haec Congregatio curam habebit ut Instructio *Sacrosanctum Matrimonii*, diei 29 Iunii 1941 (3), de normis a parocho servandis in peragendis canoniceis investigationibus antequam nupturientes ad matrimonii celebratiō nem admittantur, adamussim servetur.

Annuales, igitur, "Relationes" de praedictae Instructionis observantia huic Dicastero sunt mittendae ut eidem occasio aperiatur, si casus ferat, Excmis Episcopis idonea, pro diversis locis ac circumstantiis, remedia et consilia suggerendi.

II. Huius Congregationis erit petitiones ac instantias eidem missas, circa Ordinariorum decreta in causis coniugum separatione, de quibus in can. 1131, § 1 formaque administrativa pertractatis, examinare et definire.

Te humanissime rogo ut praesentes litteras omnibus locorum Ordinariis Nationis Legationi Tuae commissae notificare ne dedigneris.

Et occasionem nanciscor me, omni quo par est obsequio, profitendi

Excellentiae tuae Rev. mae
addictissimum in Domino

ANTONIUS Card. SAMORE', Praef.

(3) AAS., 27 (1941), 297 - 318.